



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 11. Explicantur Apostoli verba: Christus unà oblatione consummavit in æternum sanctificatos

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

speciebus Panis, & vini. Ita explicant sancti Patres hunc Apostoli locum. S. Cyprianus lib. 2. Epist. ad Cæcilium. S. Ambrosius lib. 5. De Sacram. cap. 1. S. Hieronymus, in Epist. ad Marcellam. S. Augustinus lib. 1. contra adversarium Legis & Prophetarum, & alii.

Sufficiet ad institutum nostrum testimonium sanctorum Irenæi, & Ambrosii adducere.

S. Irenæus qui vivebat in fine 2. sæculi sic ait:

S. Irenæus, lib. 4. cap. 329
 „ Eum qui est ex creatura Panem accepit, &
 „ gratias egit dicens: *Hoc est Corpus meum*; &
 „ Calicem similiter qui est ex ea creatura quæ
 „ est secundum nos, suum sanguinem confessus
 „ est, & novi Testamenti novam docuit obla-
 „ tionem, quam Ecclesia, ab Apostolis reci-
 „ piens, offert Deo in universo mundo, ei qui
 „ alimenta nobis præstat, primitias suorum mu-
 „ nerum: de quo & in duodecim Prophetis Ma-
 „ lachias sic præsignificavit: *Non est mihi vo-*
 „ *luntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, &*
 „ *Sacrificium non accipiam de manibus vestris.*
 „ *Quoniam ab ortu solis usque ad occasum, no-*
 „ *men meum glorificatur inter Gentes, & in*
 „ *omni loco incensum offertur nomini meo, &*
 „ *Sacrificium purum. Quoniam magnum est no-*
 „ *men meum in Gentibus, dicit Dominus omni-*
 „ *potens: Manifestissimè significans per hæc,*
 „ quoniam prior quidem populus cessavit offerre
 „ Deo: omni autem loco Sacrificium offertur
 „ Deo, & hoc purum, nomen autem ejus glo-
 „ rificatur in Gentibus.

Sanctus autem Ambrosius in preceationibus ante Missam, sic ait: *Ego, Domine, memor venerandæ Passionis tuæ accedo ad Altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi Sacrificium quod tu instituisti, & offerri præcepisti in tua commemorationem pro salute nostra.*

Quæst. II. Quomodo intelligendum est

De Sacrificio Missæ. Cap. I. 227

quod dicit Apostolus ad Hebræos. cap. 10. *Christus unæ oblatione consummavit in æternum sanctificatos?* Etenim Sacrificium, quod Christus in Cruce obtulit Patri virtutem habet infinitam, & æternam, quæ sola sufficit ad nostram sanctificationem. Unde inferunt Hæretici, quod sola oblatio Christi in Cruce sufficit sine alio Sacrificio?

Resp. Ex his verbis tantummodò inferri potest quod ait Divus Thomas in hunc locum; *Quia scilicet hostia Christi, qui Deus est & homo, habet virtutem æternam sanctificandi.* Quo non obstante tenemur hoc Sacrificium offerre ad obediendum Christo Domino, id nobis in Evangelio præcipienti, cum ait: *Hoc facite in meam commemorationem, & ut hæc merita nobis applicentur.*

Id solidè explicat Concilium Tridentinum his verbis: *Vt sua Ecclesia visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret Sacrificium, quo cruentum illud semel in Cruce peragendum repræsentaretur, ejusque memoria in finem usque sæculi permaneret, atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur.*

Idem asserit Divus Augustinus relatus in Canone: *Semel, inquit, immolatus est Christus in semetipso, id est, ut ait Glossa, passus in propria persona in forma humana, & tamen quotidie immolatur in Sacramento.*

Divus Ambrosius relatus in Canone ait: *In Christo semel oblata est Hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Sed ad recordationem mortis ejus.*

S. Thomas hanc confirmat veritatem ex Ecclesiæ collecta in Missa. *Quoties hujus*
K vj

cc Conc. Tri-
dent. sess.
cc 21. De Sa-
cc crif. Missæ.
cc cap. 1.

cc

cc

cc

cc

Can. Semel.
De Consecr.
dist. 2.

Can. In Christ.
10. De Con-
secr. dist. 2.

S. Tho. 3. p.
q. 81. art. 2.
in corp.

Hostia commemoratio celebratur, opus nostræ Redemptionis exercetur.

Quæst. 12. Quomodo intelligendum est
 23 illud Apostoli ad Hebræos cap. 7. *Et alii qui-*
 23 *dem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quòd*
 23 *morte prohiberentur permanere. Hic autem*
 23 *eo quod maneat in æternum, sempiternum*
 23 *habet Sacerdotium; unde & salvare in per-*
 23 *petuum potest accedentes per semetipsum ad*
 23 *Deum, semper vivens ad interpellandum pro*
 23 *nobis?*

Resp. Facile est explicare hunc Apostoli lo-
 cum, si dicamus cum omnibus Catholicis,
 Sacerdotes qui sunt in Ecclesia, non succedere
 Christo Domino, cum propriè loquendo ille
 solus sit unicus & principalis Sacerdos, & alii
 non offerant Sacrificium, nisi ut Ministri, &
 instrumenta Christi: & ideo non offerunt Sa-
 crificium, neque consecrant nomine proprio,
 propriaque autoritate, sed nomine & autho-
 ritate Jesu-Christi. *Nunc autem, ait S. Au-*
 gustinus, *relatus in Can. Sicut ipse est qui*
baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum sanc-
tum hanc suam efficit Carnem, & transit vi-
num in sanguinem.

Can. Virum.
De Consecr.
dist. 24

Can. Multi,
l. 9. 1.

Et Divus Gregorius relatus in Can. ait:
 23 *Heu, in quàm magnum laqueum incidunt,*
 23 *ut divina & occulta Mysteria plus ab aliis*
 23 *sanctificata posse fieri credant; cum unus idem-*
 23 *que Spiritus-sanctus in Ecclesia diffusa per*
 23 *totum orbem terrarum incomprehensibiliter*
 23 *ea Mysteria & occultè atque invisibiliter, &*
 23 *operando sanctificet, & benedicendo bene-*
 23 *dicat.*

Discrimen igitur inter veteris legis Sacerdo-
 zes, qui parentibus succedebant, & Sacerdotes
 Legis novæ est, quòd Sacerdotes antiquæ legis
 progenitoribus succedentes, non erant eorum.